# Germanoꝝ veterum principū zelus et feruor in chriſtianam religionem deiqꝫ miniſtros.

Hexaſtichon in Lupoldum Bebenburgium:
Sebaſtiani Brant.

Relligioſa ducum/regum quoqꝫ catholicorum:
Noſcere ſi zelum vis fideiqꝫ ſacrę:
Seu q̄ chara illis fuerit reſpublica chriſti.
Eccleſięqꝫ ſalus: & decus imperii:
Theutona tu inprimis gens/ & Germana propago:
Perlege Lupoldi dignum epitoma tui.

.1497.
Nihil ſine cauſa.
I. B.

UVA. BHSC. IyR_035_4

# FOLIVM

Illuſtriſſimo antiſtiti/Reuerendiſſimoq; patri & dño Iohanni Dalburgio: Vangionũ pręſuli ornatiſſimo. Sebaſtianus Brant. omnifariam ſalutem.

Q; me Dalburgi generis/celeberrime pręſul:
Germanum/& Rheni/Vangionumq; decus:
Diligis inmeritum: grates tibi ſoluere dignas
Vt nequeo: peragant ſic ſuperi (oro) vices.
Dignus enim optime vir capere ex heliconę coronam
Quę tua perpetuo tempora flore tegat.
Iure quidem. nam Caſtalio de gurgite venas
Hauſiſti: & quicq̃d Cyrrha liquoris habet.
Hinc tua mellifluo ſunt illita pectora rore:
Per tua labra fluit nectar Apollineum.
Vix tua te digna eſt ſedes: tam pręſule iuſto:
Tam ſancto/atq; pio/doctiloquo q; viro.
Vtq; decus formę: & pręnobile ſtemma parentum
Subticeam: & quicq̃d corpora dotis habent:
Quis rogo librorum veterum ſtudioſior vſq̃
Quęſitor: lector: bibliopola: parens?
Quis nam ęque Hebręę pręclara volumina legis:
Gręcorumq; petit pręſul habere libros?
Veneris ad quaſcunq; vrbis: mox quęſtio prima eſt:
Si quod ibi priſcum comperiatur opus.
Idq; ita miraris: memoriq; ita mente recondis:
Vt tibi tempus edax eximat inde nihil.
O vtinam in cunctis (quot habet Germania ſaltem)
Eſſet epiſcopiis par tibi docte pater.
Nam ſic (crede) domi melius res cuncta/foriſq;
Eccleſiis/tali ſub duce/proueniat.
Hinc factum/vt nuper Lupoldi forte libello
Mandarim/limen mox vel adire tuum:
Optet vt incolumem/noſtro & te nomine ſaluum:
Et vultum ſubeat/iuditiumq; tuum.
Et data digna quidem eſt occaſio: nempe Iacobus
Vuimpflingus: fratrem/hunc iuſſit adire tuum.
Huncq; adeat: cędo: noſtris dum te quoq; verbis:
Capniona & noſtrum fronte ſua/exhibeat.
Non fumum ex fulgore: ſed ex fumo dare lucem
Capnion ille ſolet: lux patrię vna ſuę.
Accipite hanc vultu noſtrum ſed vterq; ſereno
Lupoldum: veſtras pulſat enim ille fores.
Continuo hiſtoriam placet & ſubmittere Othonis
Friſingi: & barbę principis arma rubrę.

UVA. BHSC. IyR_035_4

# Magnanimo Friderico Camerario

de Dalburgio/Equiti aurato/Reuerẽdiſſimi pientiſſimiq; patris Ioannis Vangionum aut Varmacienſiũ antiſtitis/germano clariſſimo Iacobus Vympfelingius/Sletſtatinus. S.P.D.

Reuerendiſſimus optimuſq; pater Marcus/eccleſię quõdam ro. Cardinalis & Aquileienſis Patriarcha: dum Spirenſes olim bybliothecas ſolatii cauſa luſtraret. incidit in quoddam Lupoldi Bebenburgenſis opuſculum/ ſuę mox paternitati adeo placitũ: adeo iucũdum: vt libellum ipm conſciſum/& in plures librarios diſtributũ/vna nocte exſcribi ſibi curaret (poſtridie enim abire ſtatuerat) Id cũ ego nuꝑ ex fratricello quodã audiuiſſem. cogitaui non nihil eſſe. quod tantus eccleſię princeps: tantopere ſuę pietati cõmunicari feſtinauiſſet. Cum librũ intueor: en video de zelo fidei ac feruore veterum principũ Germanorum: plurima lectu digna cõmemorari: nec paſſus ſum diutius libellũ latere: ſed exemplar ab eo tranſcriptum/qui primus legeret: vix te digniorẽ fore quenquã iudicaui. quia nobilis/& virtuti deditus: q̃a in me benignus ſemꝑ & humanus: q̃a litteras optimas diligis: ad quarũ feruidam lectionẽ te frater/pientiſſimus antiſtes iam dudum accendit: quia relligionẽ colis/& eccleſiam obſeruas: quia in tuo ipius dñio eccleſiaſticos habes: q̃bus bñfacias: quia principũ maximoꝝ conſilio ſępe ſoles intereſſe. & eis perſuadere potes/vt quo ad religionẽ deiq; miniſtros: veterũ principum Germanoꝝ pręclara veſtigia ſequant̃. perſuadebis itaq; vt nõ ſolum ſint deuoti in deũ: & pii in clerum: ſed etiam: vt fœdus cũ vicinis principibus ꝑcutiant & pacẽ ſeruent. In exteroꝝ autẽ & alterius gẽtis amicitia ne plus ęquo cõfidant/vt liberos ſuos doctrinis & linguę latinę tradant: vt ſcholaſticoꝝ gymnaſia diligant/foueãt/amplificẽt. vt cœnobitarum reformationem cęptam defendant. vt imꝑatorem recognoſcant: nec ſummi põtificis mandata obſtinatiſſime recuſent. nec facile credant. neminem vt cuicũq; nubat cogant: fidem publicã illęſam ſeruent: defenſionem qua dei miniſtri & alii quicũq; nitunt̃/non facile reſignent aut a ſe reitiant: teſtamenta & vltimas quorũlibet volũtates nequaq̃ violent. nec vlli principum ſine iuſtis & neceſſariis cauſis bellum inferant: nec in terris ſuis raptores ſecure vagari poſſe permittant. Nam prędones in terra principis: cõtra quemcũq; graſſari poſſe: neq; ratio militaris: neq; ſubditoꝝ quies: neq; glorię proprię maieſtas: ſed neq; chriſtiana religio pateret̃. laus hęc vna eſt: & maxima principis claritas: ſi raptores & piratas ita coherceat. vt oẽs aduenę tuto ſe terras eius peragrare poſſe glorient̃. Perſuadebis deniq; ne circa deum ac religionem negligentiores exiſtãt: ne dei miniſtros ſpoliẽt aut ſpoliari ſinant: ne quod eccleſiaſticis viris: a veteribus illis principibus pie donatum eſt/ipſi nõ ſolum non augeant: ſed nec temere cõtra deum/iuſtitiã/ęquitatẽ/gloriam ꝓpriam diripiant quidẽ. Nam & ſanctiſſimus ille Guilhelmus Pariſieñ antiſtes: blaſphẽmos & iniurios: in ipam quoq; chriſti ma



UVA. BHSC. IyR_035_4

trem eos principes eſſe putat: qui vel dei miniſtros iniuriis affitiunt: vel lo
ca deo & ſanctis dedicata violant: vel per quos bona temporalia: ad ſuſtē
tandos miniſtros: deo & ſanctis cōſecrata. diripiuntur / aut quouis modo
minuunt̄. Huiuſcemodi quoqꝫ tirannos ſuperis exoſos eſſe: manifeſta eſt
Symon apud veteres Machabęos hiſtoria/cōtra Symonē ꝑpoſitū/ꝓditorēqꝫ tem
Heliodorus pli: & Heliodorū. qui mandatum a rege accepat. vt oēm templi hieroſoli-
mitani ſubſtantiā adſe trāſportaret: ſed omnipotētis dei ſpiritu. apparuit
illis quidam equus: terribilem hn̄s ſeſſorem: qui cū impetu Heliodoro pri
ores calces eliſit: apparuerūtqꝫ duo iuuenes. qui eum ex vtraqꝫ parte flagel
labāt/ſine intermiſſione multis plagis verberātes. at q̄uis hodie deus ęmu=
los & ꝑſecutores ſuoꝝ ſacerdotū. nō tam manifeſta pœna ſubito cōterre=
at. tamē (prohdolor) vindictę tarditatem intermiabiliū pęnarū grauitate
compenſabit: quas nō ſolū euaſuri eſſent duces atqꝫ reges: ſed & virtutis &
honeſtatis fama cunctos pelliceret ad amicitiā ſuam. atqꝫ memoriam nois
ſui: fœlitiūqꝫ liberorū & nepotū parerent inmortalē/ſi veterū principū Ger
manoꝝ ſanctā pietatem amplecterent̄. Tu quoqꝫ Friderice mi. ſi principū
hoꝝ vitā imitabere: ſatis fatias ſpei meę: quā de tua nobili & ꝑclara indo
le iā dudū cōcępi: nō enim ſolū parētes tui nobiles extitere: nec tu tā nat⁹
q̄ factus es nobilis. nam licet parentes imitere (cum venia loquor) non ipſi
quidē ſed ꝓpria te virtus tua nobilitauit. corpus enī & p̄imoniū a parēti=
bus accipim⁹: virtutē autē (quę ſola nobilē facit) parētes transferre nō poſ
ſunt. ergo nec nobilitatē. Sępe pater in filio claritatē vidit: quā inſeipo nō
habuit/& e diuerſo ſplendorē ſuū in filiis obſcurū fuiſſe plęriqꝫ parētes do=
Iulius cęſar luerūt: Quantū Friderice putas: Iuliū cęſarē patre ſuo fuiſſe clariorē? quā=
Africanus tum vero credis Africano filiū ſuum obſcuriorē fuiſſe? filiū quidem pater
amare poteſt: illuſtrare nō poteſt. Solus ergo animus deo gratus virtute p̄
ditus: ſanctis moribus inſtitut⁹ generoſus eſt: nobilis eſt ingenuus eſt/inſi
gnis & illuſtris eſt: ſicut enī vere liber eſt quē veritas ipa liberauit. ita/& ve
re nobilis eſt quē virtus ꝓpria nobilē facit. Multi autē ſtolidi mēte & dege=
neres/nō alta ſed terrena ſapiētes: nobilis animi gloriā & honorē a concep
tu fingūt: ab vtero partuqꝫ mr̄is vſurpant. O fœdam gloriā: & ſpurca fœdi
tate cōtractam. qs enī odor ſtematis niſi horror ſꝑmatis? quę generis glo=
ria niſi genitalium ignominia? abſit quidem talis gloria generoſo animo &
vere nobili. cui vnum bonū / virtus eſt. vnū malum/peccati turpitudo: cui⁹
gloria in puritate cordis: inſerenitate mētis: in teſtimonio cōſcientię: in vir
tutis cultu / & bonarū ſtudio lr̄arum cōſiſtit. loquor tibi Friderice cōfidēter
ſperās a te veritatē magis q̄ adulatoris blanditias amatū iri. memor enī es
Seneca Senecā dixiſſe: hoiem blande loquētē agnoſce tuū laqueū eſſe: hꝫ enī ſuū
venenū blāda locutio. Vale mi Friderice: Germaīcę nobilitatis dec⁹: & an
tiquę religionis imitator. Ex Spiris pridie Kal̄. Aprilis. Anno chriſti Mil=
leſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.

UVA. BHSC. IyR_035_4

3

# Incipit epiſtola libelli de zelo chriſtiane religionis veterũ principũ Germanoꝝ.

Lluſtri & magnifico principi dño ſuo/dño Rudolpho duci Saxo=
i nię/Lupoldus de Bebẽburg decretoꝝ doctor(licet indignus)ſuus
clericus cũ recõmendatiõe ſui/votiuis ſemꝑ in dño ſucceſſibus ꝓ=
ſperari. Suggerit mihi celebris tuarũ fama virtutũ/vt ex quo paruitatis cõ=
ditio:excellẽtię tuę me cõplacere nõ ſinit:cõplacendi ſaltẽ affectũ aliquali
ſigno demõſtrem. Libellũ igiť de zelo chriſtianę religionis veteꝝ Germa
noꝝ principum/qui apud eoſdẽ(ꝓut infraſcripta ipoꝝ deuotiſſima teſtãť
opa/multis vt reor Germaię principibus modernis ignota)ꝑfectiſſime di/
uina fauẽte gratia viguit/ex diuerſis antiquoꝝ ſcriptis ꝑ me collectũ:cui⁹
notitia legationi(quã ſuꝑ concordia inter ſacroſanctã romanã eccl'iam/et
ſacrum regnũ & imperiũ attemptanda pridẽ aſſumere decreuiſti)congru=
ere mihi videť:in ſignũ affectus cõplacẽtię tuo glorioſo nomini dedicaui.
Eundem libellũ/pręmiſſo proemio per decem & ſeptẽ (vt in proſecutione
ipſius patebit)capitula diſtinguendo.

## Incipit proemium libelli de zelo

chriſtianę religionis veterum principum Germanorum.

Egiť in eccl'iaſtico.xliiii.c.in prin.laudemus viros glorioſos/et
parentes noſtros in generatione ſua. Ad quas laudes ex eo ma
i xime teneri videmur obnoxii/quod parentũ merita/qbus ſe di=
gnos laude monſtrarũt:filiis ac poſteris ſępius ꝓfuiſſe noſcũť.
Phinees nanq ꝓpter zelũ quo zelatus ꝑ deo:iſraelitam cũ madionita co= Phinees
eunte occidit:ꝓ ſe ac ſemie ſuo/a deo recepit pactũ ſacerdotii ſempiternũ. ps.105.
vt patꝫ Numeri.xxv.c. & de hoc facto legiť in canone.xxiii.q.iiii.ꝙ chri/
ſtus.&.ii.q.vii.c.nos ſi.§.his ita ſecundo. Regis etiã Dauid meritũ:ſerua
uit poſteris ſuis multo tpe regnũ Iuda. vt ex.iii.li.Regũ.xi.ca.colligiť eui
dẽter. Hinc etiã eſt ꝙ lex ciuilis ob dignitatẽ pris (q̃ conferť ꝓpter laboris
meritũ vt C de offi.magi.offi.l.nemo.&.lxi.di.miramur i fine)dat liberis
priuilegiũ originis. vt patet.ff.de ſenato.l.emancipatũ.& C de quęſti.l.di
uo. Ex his quoq paretũ laudib⁹:nõ ſolũ filii & poſteri/ſed etiã extranei ad
faciendũ ſilia opa digna laudib⁹:ex cõparatõe ꝓcedẽtiũ ſępius accendũť.
Pręmiſſis itaq/nõ tam digna q̃ debita cõſideratiõe penſatis:inuocata ſan/
ctiſpiritus gr̃a:laudes eximias veterũ Germanoꝝ principũ:ex zelo chriſti
anę religionis eoꝝ dũtaxat aſſumptas:quo(ꝓut ex dicendis patebit)plus
cęteris chriſtianis prĩcipib⁹ claruerũt:ex diuerſis hiſtoriis ſeu cronicis/ſan
ctoꝝq legẽdis/ꝑtim etiã ex ſacris canõibus collectas:in ſubſcripto libello/
hũili ſtilo hiſtorico referre decreui. Laudes autẽ veterum regũ ſeu princi=
pum/occidentalis ſeu gallicę frantię/qui poſt diuiſionẽ totius regni franco



UVA. BHSC. IyR_035_4

rum tꝑe filiorũ imperatoris Ludouici primi factam/eidem Frantię pręfue/
runt: nec nõ veterum regũ Anglię/huic libello libens inſererem/ſi de geſtis
eorundem regum/originalium hiſtoriarum ſeu cronicaꝝ copia mihi foret.
Frantię regel Scio enim ꝙ reges dictę Francię / a tꝑe Karoli magni citra/de genere ipſius
Karoli deſcenderũt. vt etiam patet ex. de iudi. c. nouit ver. nec illud. quod
tamen quo ad aliquos eoꝝ intelligitur de linea materna/ſecundũ ea q̃ pla=
ne notat hiſtoria ibidem. de quo etiam legitur in ſpeculo hiſtoriali li. xxxi
Carolus c. cxxvi. Qui Karolus fuit francus germanicus/vt in tractatu de iuribus re=
Anglię reges gni & imperii plenius declaraui. Veteres etiã reges Anglię/vſq; ad tempo=
ra Guilhelmi comitis Normãnię(qui Araldo rege Anglorum cum multis
milibus hominũ occiſo/tꝑe imperii Heinrici quarti/ſub anno dñi. M. lxvi
in Anglia regnare cępit) de genere Saxonum Germanoꝝ (ꝓut plures te=
ſtantur hiſtorię)deſcenderunt. A pręteremittendis igiť eorundem regũ lau
dibus/pręmiſſa me retrahit neceſſitas/nõ voluntas. Saluo ꝙ pauca de ip=
ſorũ laudibus ex cronica Martini ſumpta/laudibus additiam veterũ prin=
cipum Germanorum.

## Capitulum primũ de zelo catholice fidei

veterum principum Germanorũ: quo accenſi nunq̃ a rectitudine fidei de=
clinarunt.

ſ I veterum catholicoꝝ principum ſcruteñť hiſtorię/ac eoꝝ diligen
ter geſta penſentur: ex eiſdem hiſtoriis euidenter apparet/veteres
Germanos reges ſeu principes/ſingularem chriſtianę religionis ze
Germani re/ges & princi/pes nunq̃ a re/ctitudie fidei/declinarunt. lum (conſideratis deuotiſſimis ipſorum infraſcriptis operibus)ꝑ cęteris mũ
di pricipibus habuiſſe. Sed quia fides catholica: eſt chriſtianę religionis ini
cium ( iuſtus enim ex fide viuit/ Abacuc. c. ii. ad Hebre. x. &. xxiiii. q. i. c.
vbi ſana )nihilq; clarius reſplendet/in principe q̃ recta fides. C. de ſum. tri.
inter claras. circa prin. Ideo de zelo chriſtianę religiõis veterũ Germanoꝝ
principum tractaturus/Primo de zelo catholicę fidei/eorũdem principum
inchoãdo ſermonem: dico/ꝙ pręcipuus carholicę fidei zelus veterum prin/
cipum Germanorum apparet ex eo/ꝙ poſtq̃ fuerũt chriſto(qui fundamẽ
tum eſt fidei)donante/nomen chriſtianitatis aggreſſi. nullus eoꝝ a rectitu
dine catholicę fidei: etiã ſemel: legitur deuiaſſe/ſed potius eiuſdem fidei ꝓ
feſſores firmiſſimi permanſerũt. Talis autẽ fidei catholicę firma ſoliditas/
in cęteris mundi principibus paſſim reperta nõ eſt. Multi nanq; priſci Ro=
manoꝝ principes: qui ante tranſlationem imperii de gręcis in ꝑſonam Ka=
roli magni ad Germanos factã/eidem imperio pręfuerunt/poſt chriſtianę
Conſtancius Arrianus fidei profeſſionem in hęreſim lapſos fuiſſe conſtat. Arrius enim hęreticus
ſuiq; ſequaces locum familiaritatis apud Conſtantium imperatorem Con=
ſtantini magni filium acceperunt: eumq; in erroris ſui conſortium declina=
runt: vnde impietas arriana eiuſdem Cõſtantii fulta pręſidio: exiliis/carce
Athanaſius epiſcopus ribus/& variis afflictionũ modis/primo Athanaſium/Alexandrinũ epm/

UVA. BHSC. IyR_035_4

deinde omnes nō ſuę partis epiſcopos extitit perſecuta / vt in Euſebii Got=
fridi Viterbienſis / & Martini cronicis plenius continetur. Hic Athanaſius
(vt refert cronica Euſebii) a facie Conſtantii fugiens / ſub anno dñi. cccxlv.
a ſancto Maximino Treuerorum epiſcopo receptus eſt / ibiq; vt refert cro=
nica Martini ſymbolū Quicunq; vult / contra Arrianos conpoſuit. Arrius — *Arrius*
autem cum ſuis ſequacibus inęqualitatem perſonarum ſancte Trinitatis aſ
ſeruit: de cuius errore loquūtur canones. xxiiii. q. vlti. c. penul. ver. Arria/
ni. & xv. di. c. i. circa prin. Item Iulianus imperator nepos Conſtantini — *Iulianus apoſtata*
magni de quo legit. xi. q. iii. c. Iulianus. apoſtotauit a fide / intantum ꝙ ve=
niens ad templa paganorum ſacrificauit ydolis / primoq; ſubiectis talia co=
lere ſuadebat. Demū varia edicta contra chriſtianos ſtatuens / multi ex eis
fuerunt martirio coronati / ꝑut hęc & alia nephanda de eo in prędictis cro=
nicis continent. Item Valens imperator (qui regnauit primo cū Valenti= — *Valens*
niano fratre ſuo) arriana labe pollutꝰ / poſt mortē dicti fratris ſui multas ꝑ — *Valentinianus*
ſecutiones intulit chriſtianis. nam ſacerdotes dei exiliabat / monachos mili
tare cogebat / & militare nolentes occidi mandabat / vt in prędictis cronicis
continet. Idem etiam Valens Gotis petentibus / vt eis mitteret prędicato — *Goti arriani.*
res & doctores / qui eos catholicam fidem inſtruerēt / miſit eis Arrianios do
ctores / ſicq; omnis illa gens arriana facta eſt / vt in cronica Euſebii contine=
tur. Item Anaſtaſius imperator (de quo fit mētio. xix. di. § hoc autem. & — *Anaſtaſius*
xvi. q. vii. c. ſane) fuit (vt refert cronica Euſebii) hęreſi Eutitiana pollutus / — *Euticiana hęreſis*
vnde (vt refert cronica Martini) nec eccleſiarum iura ſeruauit / ſed hęreticis
fauens / chriſtianos extitit perſecutus. hęreſis vero prędicta / chriſtum non
duas naturas / ſed vnam tantū / diuinam ſcilicet habuiſſe naturam affirmat
vt patet. xxiiii. q. penul. ver. eutitiani / & xv. di. c. i. ver. q̄rta. & xvi. diſ.
c. ſexta ver. quarta. Itē imperator Iuſtinianus primus / qui leges abbreui — *Iuſtinianus primus*
ans renouauit / fecitq; legum codicem ſingularem / in hęreſim prędictā euti/
cetis corruit / hunc tamen Agapitus papa (quem cōmendat canon / de. cō.
di. i. Agapitus) ab errore huiuſmodi (vt dicūt ꝑdictę cronicę) reuocauit.
Item impator Heraclius a Sergio patriarcha Cōſtantinopolitano / & aliis — *Heraclius*
quibuſdam hęreticis circumuentus / in dictam eutitianam hęreſim incidit /
vt in prędictis cronicis continet. Item imperator Conſtans qui & Con= — *Conſtans*
ſtantinus dicebatur / filius Conſtantini tertii / & nepos Heraclii prędicti ſe=
ductus a Paulo patriarcha Conſtantinopolitano / in peruerſum dogma in/
cidit / ꝙ vnam voluntatem & vnam operationē aſtruebat in chriſto / ꝓpter
quod idē imperator multos chriſtianos verberibus / ꝓſcriptionibus / & exi/
liis / condemnauit. contra hoc dogma Martinus papa primus / Romę cele=
brato concilio / Paulum prędictum / & alios quoſdam huius erroris ſectato
res / ſeu doctores / anathematizauit: quibus agnitis prędictus impator pa=
pam Martinū / Conſtantinopolim vocauit / & per eum Criſone in exilium
mittitur / ibiq; moritur multis miraculis choruſcando Criſone. Poſt hoc tą



UVA. BHSC. IyR_035_4

Cõſtantinus quartus

Iuſtinianus ſecundus

Leoncius

Cõſtantinus prim⁹ papa

Philippus ſecundus

men dictus imperator ſub Vitaliano papa eãdem hereſim abdicauit. Filius quoqꝫ ipius Conſtantinus quartus/contra dictam hereſim / ſextam vniuerſalem ſynodum Conſtantinopolim (preſentibus legatis Agathonis pape) celebrari fecit. vt in ꝑdictis cronicis plenius continet. & de hac ſynodo habetur: xvi. di. habeo/&.c. ſexta. Itẽ imperator Iuſtinianus ſecundus /filius iam dicti Conſtantini/ſextam ſynodum predictam nitit infirmare. Sergiumqꝫ papam in hoc ſibi reſiſtentem fruſtra turbare molit. Nam Leoncius patricius (qui & Leo dicebat) adiunctis ſibi multis cõplicibus Iuſtinianũ apprehendit/eumqꝫ naſo preciſo in quandam inſulã relegauit/ ipſeqꝫ poſt eum aliquo tempore imperauit. Poſt hoc tamen idẽ Iuſtinianus recuperauit impium: vocanſqꝫ papam Conſtantinũ primũ cõſtantinopolim: ipm honorifice ſuſcepit/ ac proſtratus in terram ꝓ ſuis peccatis intercedere poſtulauit/ cuncta eccleſie Romane priuilegia renouando: prout in dictis cronicis plenius continetur. Item imperator Philippus ſecũdus /deceptus a quodam monacho incluſo heretico/congregauit ſynodum pſeudo epiſcoporum/& abiecit ſanctam & vniuerſalem ſextam ſynodum predictã / omneſqꝫ imagines & picturas eccleſiaſticas auferri precepit: ꝓpter quod conſtantinus papa predictus/ eum denũtiauit hereticum /& Romani imaginẽ ſui nũmiſmatis recipere noluerũt: vt in ꝑdictis cronicis plenius continet.

Leo tercius

Item imperator Leo tercius / a quodam apoſtata fidei ſeductus/in chriſtianos & eccleſias dei ac ſanctam religionẽ impius erat. ꝓcepit quippe imagines dei ſancteqꝫ dei genitricis / & aliorum ſanctorum deponi/ & incendi. & quia multi de populo huic impietati cõſentire noluerunt: eo iubente fuerunt decollati. ꝓ quo errore / Gregorius papa tertius/eum inſcriptis (licet inuanum) multum redarguit. vnde idem Gregorius / ſibi Romane vrbis & Italie ptohibuit dari tributa. ac ſynodo multorũ epiſcoporum Rome per eum habita / venerationes ſanctarum imaginum cõfirmauit: & violatores anathemate cõdemnauit/ꝓut hec in predictis cronicis latius continent. De huius etiam erroris reprobatione habet in canonibus. xxii. q. iiii. actione/ad idem de con. di. iii. perlatũ. Item imperator Cõſtantinus eiuſdẽ Leonis filius/ipietatum patris ſucceſſor extitit/primo quidem a deo/& intemerata ipius genitrice/& omnibus ſanctis abſcedẽs / magicis fuit maleficiis ac cruentis demonũ ſacrifitiis delectatus. conuocata etiã ſynodo precepit depoſitionem fieri imaginũ dei / ac ſanctorum/perſecutionibus inſuper ſanctarum eccleſiarum / peremptiõibus clericorum & monachoꝝ maliſqꝫ variis ſic eccleſiam dei perſequitur/qꝫ veſaniam Diocletiani & ceterorũ veterum tirannorũ tranſcendere videbatur. prout in antedictis cronicis & in ſpeculo hiſtoriali. li. xxiiii. c. clxvii. plenius continet. Preterea quãplurimi aliarum nationum reges ſeu principes ſicut reges Oſtrogothoꝝ/Veſegothorum / Vandalorum/ Longobardorum / & quarundam aliaꝝ gentiũ/ vt patet ex multis hiſtoriis ſeu cronicis / erant heretica prauitate polluti/ex

Cõſtantinus quintus

Multi reges heretici

UVA. BHSC. IyR_035_4

quo eccleſia dei ab eiſdem multas & grandes perſecutiones pertulit & preſ
ſuras. & vt circa hoc de pluribus pauciſſima dicā/Theodericus rex Oſtro=
gothorū qui pluribus annis poſſedit Italiam (de quo loquit̄ canon de cō.
di.i.eccleſias/&.xvii.di.§.hinc etiam/&.xix.di.Anaſtaſius) intantū arria/
na perfidia maculatus extitit/ꝙ ipſe ſanctę memorię/Iohānem papam pri
mum/& quoſdam conſulares viros ad imperatorem chriſtianiſſimū/Iuſti/
num ſecūdum/Conſtantinopolim direxit/de qua legatione fit mentio in
prędicto canone.eccleſias.mandans illi minādo/ꝙ niſi Arrianis hęreticis
eccleſias quantocius redderet/eoſq̧ in pace degere ſineret/ipſe omnes in
Italia perimeret chriſtianos. Qui cum ab eodem Iuſtino digne ſuſcepti fu=
iſſent/magnis eum rogabāt fletibus/vt ſuę legationis ſeriem (quāuis eſſet
iniuſta) libenter exciperet/in hoc peritury Italię conſulendo: Iuſtinus autē
neci chriſtianorum compatiens/eis quod petebant cōceſſit. & de Arriano/
rum eccleſiis ſuperſedit. Theodericus vero iniquitatis rabie ſtimulatus: Io
hannē papā/& nuncios ꝑdictos poſtq̄ redierūt/ꝓ eo ꝙ a Iuſtino digni ſu=
ſcepti eſſent: Rauēnę carceri mācipauit/& famis afflictōe ꝑemit. hęc & alia
nephāda/de rege Theoderico ī cronica Euſebii ſub geſtis imꝑatoris Valē/
tis/& ī cronica Martini ſub geſtis Iuſtini ꝑdicti pleni⁹ cōtinent̄. Ex regib⁹
vero Veſogothoꝝ Leonigildus q̄ regnauit in finib⁹ Hiſpanię: intātū erat
Arrianę ꝑfidię deditus: ꝙ Hermigildū filiū ſuū/ꝓ fide catholica ꝑ eū detē
tū/corpus chriſti a quodā Arriano epiſcopo in die ſancto paſchę recipere
renuentem/per ſuos apparitores interfici procurauit. vt patet non ſolum
ex cronicis prędictis/& ex ſpeculo hiſtoriali.li.xxii.c.cxxxv. ſed etiam ex
canone.xxiiii.q.i.Cepit/&.i.q.i.Superueniēte. Ex regibus autem Van=
daloꝝ Hunericus rex qui regnauit in Affrica/ſub anno domini.cccLxxxvi
plus quam.cccc.xxxiiii.epiſcopos catholicos exiliauit/quibuſdā linguas
abſcidit/qui tamen loquebantur. quorum beatus Gregorius in libro dia=
logorum meminit/vt in cronica Euſebii contine t̄/de cuius multimoda per
ſecutione in chriſtianos/in ſpeculo hiſtoriali.li.xxi.c.Lxxvii.& pluribus ca
pitulis ſequentibus multa narrantur. Item Craſamundus rex Vandaloꝝ
hęreſi Arriana infect⁹/catholicas clauſit eccleſias: & epiſcopos.ccxx.ī ſar/
diniam exilio relegauit/vt in cronica Martini/& in ſpeculo hiſtoriali.libro
xxii.c.iii.continetur. Ex regibus autem Lombardorum Ruther⁹ rex (vt
refert cronica Euſebii ſub geſtis imperatoris Iuſtini ſecūdi) fuit Arriana hę
reſi maculatus/ita ꝙ eius tempore inter epiſcopos ciuitatum ſui regni vnus
erat catholicus/& alter Arrianus. Plura inſuper alia nephanda per reges
dictarum/& quarundam aliarum nationum hęreticos/contra dei eccleſiā
(vt ex diuerſis hiſtoriis ſeu cronicis videri poteſt) perpetrata noſcunt̄. No
ſtris autem glorioſis principibus tanta catholicę fidei firma ſoliditas/ac ſo
lida firmitas inerat/ꝙ nullus ex eis gratia chriſti (qui fundamentū eſt fidei
vt.i.ad Corinth.iii.c.&.i.q.i.Cum Paulus/& extra de ſumma trinita.c.

Theodericus rex Oſtrogo/thorum

Iuſtinus ſecundus

Leonigildus rex Veſogo/thorum

Hunericus rex Vandalorum

Craſamūdus

Ruther⁹ rex Lombardoꝝ

Nota ꝑpetuo ꝓ laude Ger/manorū principum

UVA. BHSC. IyR_035_4

vno in prin.in cle.)eos miſericorditer protegente in aliquam damnatam
hereſim legit̃ incidiſſe .ꝑpter quod ſatis patet/maiorem chriſtianę religio
nis zelum / in eiſdem q̃ in cęteris mundi veteribus principibus viguiſſe .ab
hoc autem iṗorum laudis pręconio / reges veteres occidentalis Frantię ac
Anglię non excludo/ſed potius(vt ex dictis in ꝓhemio apparet) includo/
& idem in ſequentibus .xi.capitulis intelligo repetitum.

## Capitulum ſecundum de zelo catholice fi

dei veterum principum Germanorum / quem ad dilatandam fidem catho
licam habuerunt.

C Atholicę fidei zelus q̃ apud veteres principes Germanos viguit/
non ſolum ex iṗorum fidei firmitate/ſed etiam ex eo ꝙ ad dilatã/
dam fidem catholicam/nedũ in ſuis regnis/ſed & infinitimis regio
nibus deuotam ſollicitudinẽ & ſtrẽnuam adhibebãt operam/liquido ſci=
ri poteſt. Nam licet antiqui reges Francorum/quoꝝ regnum nobiliſſimũ
ab Aquitania protendebatur vſq; in Barbariam: cuiuſq; regni Germania
fuit principiũ & origo (vt in tractatu de iuribus regni & imperii.c.i.ſcripſi)
totam eandem Germaniam (Saxonia & Friſia exceptis) ſub ſua tenuerint
Clodoueus rex Francorũ — poteſtate: nunq̃ tamen per eoſdem reges a tempore Clodouei regis Fran=
corum (qui primus inter eos fidem chriſti aſſumpſit/ ac per beatum Remi=
gium Rhemẽſem archiepiſcopum baptizatus extitit) vſq; ad tempora Pi
pini. & Karoli magni ſui filii regum Frãcorum / idolorum cultura fuit plene
Pipinus — a pp̃lo Germãię extirpata. Per hui⁹ ergo Pipini deuotã & ſtrẽnuã opam/
Bonifaci⁹ epiſcop⁹ Moguñtinus — mediãte p̃dicatiõe beati Bonifatii archiep̃i Moguntineñ/ q̃ ad p̃dicãdum
verbũ dei a ſede ap̃lica legatus/Germanię deputat⁹ fuerat.pp̃lus Germa
nię relictis ſuperſtitionibus variis/ad fidem catholicam (exceptis Saxoni=
bus & Friſonibus/qui tempore Pipini nondum omnes fidem chriſtianam
ſuſceperant) diuina ſuffragante clementia eſt conuerſus. Pręmiſſa ex hiſto
ria Francorum / ex cronicis/Euſebii/Gotfridi viterbieñ/& Martini/ac etiã
legendis Remigii/& Bonifatii/p̃dictorũ plenius colligunt̃. De facto etiam
iſto aliquid loquunt̃ ſacri canones.xi.q.iii.anteceſſor/&.c.ꝙ prędeceſſor
Carolus magnus Saxonia — Poſt hoc mortuo Pipino ac regnante Karolo magno eiuſdem Pipini filio/
gens totius Saxonię (quę vt refert hiſtoria Francoꝝ) Germanię ꝑs eſt ma=
gna/& eius q̃ a francis incolit̃/duplũ in latitudine habere putatur/ cum ei=
dem in longitudine poſſit eſſe cõſimilis) ac etiã gens totius Friſię non tam
per prędicationem verbi dei/q̃ per multorum bellorum triunphos per di=
ctum Karolum contra eaſdem gentes magnifice habitos: ad regni Franco
rum ſubiectionem/& ad fidem chriſtianam pariter acceſſerunt/prout hęc
in hiſtoria & cronicis prędictis/ac etiam in multis ſanctorum virorũ & pa=
trũ legendis plenius continẽtur. Hanc autẽ conuerſionem tocius populi

UVA. BHSC. IyR_035_4

Germanię/immenſum dei benefitium/reges Francorũ chriſtiani/de anti=
quo regum Francorum genere deſcendentes/anteceſſores Pipini & Karoli
magni/minime conſequi meruerunt. ſed ſalutifera hęc conuerſio per deuo
tam & ſtrenuam horum regum operam/fuit fœliciter conſumata. Intan/
tum vero Karolus magnus/fidei catholicę dilatationẽ zelat⁹ extitit: ꝙ idẽ
(vt refert hiſtoria Francorum)omnes Saxones/qui multum idolorum cul Saxones con
tui erant dediti/pro conſeruanda fide catholica/ſub anno domini.dccCii. uerſi ad fidẽ
ab omni tributo exemit/eoſqꝫ tocius agriculturę ſuę ac nutriturę/decimas
deo/& eius ſacerdotibus dare iuſſit. Deſtinauit autem glorioſus rex Ka=
rolus ad opus prędicationis verbi dei/genti Saxonum & Friſonum/plures
epiſcopos/inter quos ſanctus Vilebaldus Bremenſis/ſanctus Hildegernus Vilebaldus.
Alberſtadenſis/prius Catalanenſis epiſcopus/ſanctus Linderus frater Hil Hildegernus
degerni prędicti/Mumdegardenordenſis/& ſanctus Willebrordus Traie Lynderus
ctenſis/eccleſiarum primi epiſcopi/tam ſanctitate vitę/ q̃ miraculorum te/ Vuilebrord⁹
ſtimonio inſignes habenť/vt ex legendis eorundem ſanctoꝝ/& ex hiſtoria
Francorum poterit apparere. Sciendum tamen eſt/ꝙ Pipinus pater Ka=
roli/ſanctum Willebrordum prędictũ / per papam in epiſcopum cõſecrari
fecit /ipmqꝫ primo ad prędicandum verbum dei/genti Friſonum deſtina= Friſones ad
uit/vt patet in ſpeculo hiſtoriali.li.xxiiii.c.xxxiii.ſed eiuſdem gentis con= fidẽ veniunt.
uerſio:ac ſedis epiſcopalis in Traiecto inſtitutõ/tpe quo Karol⁹ dictã Fri=
ſiam paterno regno ſuperaddidit/facta noſcunť: vt in eiuſdem ſancti legẽ=
da plenius continet. Idem etiam Karolus multos(vt refert cronica Got/ Hiſpani con
fridi)de Hiſpania conuertit ad fidem. Legitur inſuper de prędicto Karolo uerſi.
in ſpeculo hiſtoriali.li.xxv.c.xvii.ꝙ expugnata per eum Hiſpania/dimiſ
ſiſqꝫ ibidem exercitibus/iuit in Galitiam ad ſanctum Iacobum /& quos in Galitia
illa patria chriſtianos reperit ędificauit. apoſtatas vero aut peremit/aut
in exilium in Galliam deſtinauit.Refert etiam de ipo hiſtoria Francorum/
ꝙ ſub anno dñi.dcclxxx.progreſſus in Saxoniam/venit ad Albim fluui=
um/in ipſo itinere in loco qui dicit Horheim:Bardeganenſes & multi de
Nordundis fuerant baptizati. Item refert eadem hiſtoria/ꝙ quidã prin
ceps Arrianoꝝ/ſeu Hunorum/Tudim nomine de Pannonia/cum magna Tudim pan/
parte Arrianũ venit/ſub anno domini. dccxcvi.ad Karolum magnum & nonius
ſe cum populo ſuo & patria Karolo tradidit.fuitqꝫ ipſe cum populo ſuo ba
ptiſatus. Pręterea Karolus magnus/in hoc ſincerum catholicę fidei zelum
habuiſſe dinoſcit:ꝙ regũ tranſmarinoꝝ ob hoc maxīe expetebat/vt chri/
ſtianis ſub eoꝝ dominio degentibus/cõmodũ aliquod/& cõſolatio ꝓueni
ret/eiſdeqꝫ chriſtianis quos in pauptate degere cõpererat/pecuniam illoꝝ
pauptati cõpatiens deſtinare ſolebat. ꝓut in hiſtoria francorũ/& cronica
Euſebii cõtinet.Item tpe impatoris Ludouici primi Karoli magni filii/Ha Harald⁹ rex
raldus rex Danorũ/fuit cũ vxore & filiis magnaqꝫ pte Danorũ/ſub anno Danorum
dñi.dccc.xxxii.Mogũtię baptiſatus/q̃ rex & vxor eius ab eodẽ impatore

UVA. BHSC. IyR_035_4

ac imperatrice a ſacro fonte baptiſmatis ſunt ſuſcepti/hęc ex hiſtoria Frã=
coꝝ/& martini cronica colligũt. Deſtinauit etiã idẽ Ludouicus Danis et
Anſgari⁹ epiſcopus danos et Sueuos cõuertit. aliis in circuitu poſitis gẽtibus/ad prędicandũ verbũ dei/ſanctũ Anſgariũ
Hamaburgeñ. primũ epm/qui & Sueuos ſub anno dñi. dccc. xvi. ad fidẽ
cõuertit/vt in francoꝝ hiſtoria continet. Itẽ Ludouicus eiuſdẽ ludouici
Ludouicus rex barbarię et Germanię filius q primo rex barbarię/deinde poſt diuiſionẽ regni francorũ (de q̃ in
tractatu ꝑdicto. c. ii. ſcripſi) fact⁹ rex tocius Germanię/duces Bohemoꝝ.
xiiii. cũ ſequacib⁹ (vt refert cronica martini) baptizari & in fide chriſtiana
edoceri fecit. Idem etiam Ludouicus quendã archiepm/cũ aliis epiſcopis
Bulgari conuerſi ad fidẽ. pſbyteris & diaconibus ad regẽ & gentẽ bulgaroꝝ ſub anno dñi. dccc. xvii
(vt refert hiſtoria francoꝝ) cauſa ꝑdicãdi eis verbũ dei/deſtinare curauit
Carol⁹ terci⁹. Normãni cõuerſi ad fidẽ. Itẽ imperator Karolus tertius iam dicti ludouici filius: cũ cerneret Normã
nos a plaga ſeptentrionali Scythię inferioris egreſſos/Germaniã & galliã
ſuo tpe deuaſtare (de quoꝝ etiã feritate loquũt canones. vii. q. i. ſciſſitaris
et de cõ. di. i. cõcedimus) ipe regẽ eoꝝ Rhotifredum/data ſibi Giſla filia
regis Lotharii in vxorẽ/ac tota Friſia in dotẽ conceſſa/ſub anno dñi. dccc
lxxxii. baptizari fecit/ipmq; a ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepit. Et ab iſtis
normãnis vna ꝑs gallię (quã primitus occuparũt) Normania vocat. hęc ex
hiſtoria francoꝝ/et prędictis cronicis colligunt. Item Karolus rex frãcię
Rollo gallicę/Ludouici regis filius/cognomĩe Balbus/Rollonẽ ducem normãno
rum/xpianũ fieri fecit/& ei Gillam filiã ſuam in cõiugem: ac Normãniam
in regno ſuo in feudum tenendam dedit: qui in baptiſmo a Roberto comi
te Pariſienſi qui eum a ſacro fonte ſuſcepit Robertus vocatus eſt/vt in ſpe
culo hiſtoriali libro. xxv. ca. liii. & ſequenti/plenius continetur. Poſtq̃ au
Germanię regnum tem placuit deo (in cuius diſpoſitione regna conſiſtunt) ꝙ regnũ Germa=
nię a francis germanicis/de genere Pipini & Karoli magni deſcendentibus
Heinric⁹ primus. tranſiret ad Saxones: Heinricus rex prim⁹ huius nóis/Normãnos & Da=
nos ſub anno dñi. dccc. xxvi. (vt refert hiſtoria francorum) armis obtẽpe=
rantes ſibi fecit/& ab errore priſtino reuocatos/ferre docuit iugũ chriſti.
Apodricę Per eiuſdem etiã Heinrici diligentiã rex Apodricarum/ſub anno domini.
dcccc. xxxii. extitit baptizatus Sunt autẽ Apodricę quidã populi Sclauo/
rum/vt refert ꝑdicta hiſtoria francoꝝ ſub geſtis impatoris Ottonis ſecũdi
vbi de his & aliis ſclauoꝝ populis plane tractat. Idem etiã Heinricus ſub
Dani anno dñi. dcccc. xxv. Danos/qui nauali latrocinio Friſones incurſabãt/cũ
exercitu adiit/vicitq;: at tributarios eos faciens/regem eorũ nomine Miba=
ni baptizari fecit: hęc in hiſtoria francoꝝ ſic ſcripta legunt. Itẽ rex Otto
Otto primus primus ꝑdicti Heinrici filius (qui & magnus ꝓpter celebres belloꝝ eius vi
ctorias/eſt vocatus) Danis ſibi reſiſtẽtibus/quos pater ſuus vt prędixi/bel
lo cõpreſſerat/bellũ intulit: in quo Saxonibus & danis viriliter pugnãtib⁹
tãdem Dani victi ad naues ceſſerũt: ac Saxones victoria ſunt potiti. Poſt
Haroldus danorum rex hęc pactis initis Haroldus rex Danoꝝ: Ottoni ſub anno dñi. dcccc. lii. ſub
icitur/& ab eo regnum ſuſcipiens/xpianitatem in Dania ſuſcipi permiſit.

UVA. BHSC. IyR_035_4

Idemq; rex cū vxore ac filio paruulo/quem rex Otto de ſacro fonte leua=
uit extitit baptizatus/Licet enim Dani(iuxta ea q̄ ſupra de Ludouico pri
mo in hoc capitulo ſcripſi)ab antiquo xp̄iani fuiſſent/erant tamen adhuc
illo tp̄e(vt refert hiſtoria Francoꝶ)gentili ritu idolis ſeruientes. Item le=
gati Helenę reginę Rugorū/ad eundē Ottonem/ſub anno dn̄i.dcccclxx. Helena regi/
venientes/Epiſcopos & preſbyteros eidem genti tranſmitti petunt.quorū na Rugorum
petitioni multū gauiſus rex Otto conſenſit/venerabilem virum Libutium
ex cęnobitis monaſterii ſancti Albani Moguntineñ.genti pręd ictę ad p̄di Libutius
cationis verbi dei offitiū deputando.quem archiep̄s Bremeñ. eidē gēti in
epiſcopū conſecrauit.Cunq; Libucius anteq̄ iter eundi ad gentem Rugoꝶ
arriperet/obiiſſet/Adalbertus ex cęnobitis monaſterii Sancti Maximini Adalbertus.
Treuerenſis/ad hoc opus mittendus eligitur.quem piiſſimus rex omnibus
quibus indigebat copiis munitū/ſub anno dn̄i.dcccclxi.p̄fatę genti hono/
rifice deſtinauit. Idem etiam rex Otto vniuerſos Sclauoꝶ populos/quos Sclaui fidem
pater eius vno grandi bello domuerat/ſuo ſubiecit imperio/ipſoſq; tanta recipiunt
deinceps virtute cōſtrinxit/vt tributū & xp̄ianitatem pro vita ſimul & pa=
tria gratanter ſuſciperent.fuitq; ſub anno dn̄i.dcccclx.quaſi totus in Scla=
uonia gentiliū populus baptizatus.Hęc om̄ia de Ottone p̄dicto in hiſto/
ria Francoꝶ plenius continent. Hęc autem Sclauonia(vt refert dicta hi Sclauonicę
ſtoria ſub geſtis Ottonis ſecūdi)dicitur eſſe decies maior Saxonia/pręſer= ſitus
tim ſi Boęmos/& eos qui trans Oderā fluuium ſunt Polonos/qui nec habi
tu nec ideomate differunt in partem adieceris Sclauonię. Item imp̄ator Heinricus ſecundus
Heinricus ſecundus:regi Hungaroꝶ/qui poſtmodū in baptiſmo Stepha Stephanus
nus eſt vocatus/tam ip̄m regem(eidem ſorore ſua Giſla in matrimonium rex hungarię
copilata)q̄ totum ipſius regnum ſub anno domini.M.ii. ad fidem chriſti
vocauit.hunc regem Stephanum/tanq̄ ſanctum ( pro eo ꝙ ꝑ ip̄m inicium
chriſtianę fidei ſuſceperunt)omnes Hūgari venerant.pręmiſſa in hiſtoria
Francorum/ac in Euſebii & Gotfridi cronicis/ac etiam in legenda ſeu vita
eiuſdem Heinrici plenius continent. Poſt hęc quoq; multę alię infideliū
nationes/ſicut Pruſcię & Liuonię gentes/ex deuota & ſtrēnua procuratōe Pruſcia
diuerſorū veterum principū Germanorum/ꝑut ex diuerſis ſcriptis & etiā Liuonia
ex his quę in Germania referri freq̄ēter audiuimus/conſtare poterit ad fi
dem chriſti eiuſdem ſuffragante gratia ſunt conuerſi. Pręterea zelus eo=
rundem principum quē ad dilatandā fidem catholicam habuerunt:etiam
patere poteſt/ex celeberrimi ſtudii Pariſienſis inſtitutione:circa cuius inſti Inſtitutio ſtu
tutionem/ſciendum eſt/ꝙ quedam cronicę referūt/ꝙ duo monachi Scoti dii pariſieñ.
de Hybernia i ſcripturis ſacris/& in ſęcularib⁹ eruditi:de Britania ad litt⁹
Gallię peruenerunt:qui cottidie ad populos emendi gratia conuenientes
clamabāt dicētes. Si quis ſciētię cupidus eſt/veniat ad nos/ & accipiat eā/
nam venalis eſt apud nos Tam diu conclamata ſunt iſta/donec ab huiuſ/
mōi ſermone admirantibus/ad Karoli magni glorioſiſſimi regis audientiā

UVA. BHSC. IyR_035_4

ſunt prolata. Qui celeriter illos ad ſuam pręſentiā euocatos/q̄d ꝑ ſcientia peterēt requiſiuit? Qui pro ipa: loca tantū oportuna/ & aīas ingenioſas: ac pro victu & veſtitu neceſſaria ſe petere reſponderūt. quo audito ille ingenti repletus gaudio/ vnum eoꝝ in Italiam/ cui monaſteriū ſancti Auguſtini apud papiam cōmiſit ad docendū direxit/ alterū vero Clemētem noīe/ cui ad docendū multos pueros cōmēdauit/ fecit in Gallia Pariſius reſidere/ eidē et pueris victualiū neceſſaria miniſtrādo. Quibus auditis Altuuinus de natiōe Angloꝝ doctiſſimi Bedę diſcipulus/ cū ſociis in oībus ſcripturis exercitatis/ ad dictū Clementē Pariſius ad docendū venit/ vbi eorū doctrina fructificauit in tantū/ ꝙ gallici antiquis romanis & Athenienſibus ęquarētur: ꝓut hęc in ſpeculo hiſtoriali li. xxiii. c. clxxiii. plenius cōtinent. Alię vero cronicę (vt in libro & c. predictis & etiā in cronica martini patet) referūt ꝙ ꝑdictus Altuuinus: qui fuit quondam ipius Karoli eruditor/ ſtudiū de vrbe Romana Pariſius tranſtulit/ quod de gręcis prius tranſlatū extitit ad Romāos. Sed ſiue prima ſiue ſecūda/ circa inſtitutiōem dicti ſtudii vera ſit aſſertio/ conſtat tamen ſtudiū hmōi vel ex Karoli magni inſtitutiōe: vel ſaltem ipius inſtitutionē per eius opem ac opam ꝓceſſiſſe. Pręmiſſa de inſtitutione ſtudii Pariſienſis dicta intelligenda ſunt/ quo ad inſtauratiōem ipius in pagina diuīa dumtaxat/ nam longe ante tp̄a Karoli magni/ tp̄e ſcilicet Boetii ſtudium liberaliū artium & philoſophię Pariſius viguit/ vt patet ex libello/ quē de diſciplina ſcolarium cōpilauit. Erat autē Boetius tp̄e Theoderici regis Gottoꝝ/ qui tp̄e imperii Zenonis imp̄atoris regnauit in Italia/ & hic Zeno (vt referunt predictę cronicę) ſub anno dn̄i. cccclxxiii. imperare cepit. Sed Karolus ſub anno dn̄i. dcclxix. regnare cępit/ vt in Frācorum hiſtoria continet. Ex huius autē ſtudii Pariſienſis inſtitutōe/ ipſiuſ ꝗ laudabili vſ ꝗ ad pn̄s tp̄s continuatione/ certū eſt multas hereſes ꝑ prę latos & alios litteratos viros/ qui in eodē ſtudio in diuina pagina/ & ſacris canonib⁹ profecerūt/ de finibus fidelium vſ ꝗ ad hęc tp̄a extirpatas fuiſſe/ ac in poſterum dante dn̄o extirpandas. pro quo bene facit. ex. ne cleri. vel mona. c. ſuper ſpecula iuxta finem. In hmōi vero ſtudii ac alioꝝ ſtudiorum mundi fauorem/ cōmodum & augmentū/ imperator Fridericus ſecundus: tam doctores q̄ etiam ſcholares priuilegiauit/ in his quę habent. C. ne fili. ꝓ patre in auten. habita Idem etiam Fridericus plures bonas & vtiles leges ad dilatandā fidem catholicam ędidit ꝓ exterminio hęreticę prauitatis/ quę ſunt ꝑ Bonifaciū papam. viii. inquātū dei & eccleſię ſanctę ſue honorem ꝓmouent/ & nō obſtant ſtatutis canonicis. approbatę. vt patet ex. de hereti. c. vt inquiſitiōis in prin. li. vi. quaꝝ legū plures ponūt in cōſtitutione eiuſdē Friderici. ad decus & decorē. in ti. de ſtatu. & cōſuetu. con. eccleſiaſti. liber. editis in. §. gazaros. §. ſtatuim⁹. §. ſi vero & . §. credētes coll. x. Cū igit vt ex ꝑmiſſis patet/ fides catholica. nedū in Germania/ ſed etiā in finitimis regionibus/ per deuotam & ſtrēnuam opam veterū principū Germanorum/ ſit plurimum dilatata/ & hęreſes extirpatę: ſatis ex hoc conſtat

Altuuinus Anglicus

Pariſienſis ſtudii initiū.

Boeti⁹ Si tamen ſuus ſit idem libellus nō vſ ꝗ quaq̄ affirmo.

Fridericus ſecundus.

UVA. BHSC. IyR_035_4

eoſdem zelū fidei catholicę ac chriſtianę religionis pręcipuū habuiſſe.

# Capitulū tertiū de ſingulari diligentia ꝛ reuerētia quā erga diuinū cultū veteres Germani principes habuerūt.

